



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 211. Joannis Jacobi Grynæi, Alberti Graueri, & Hobii mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. tificem & Venetos controversia, varia  
A. C. 1617. edebat scripta adversus eandem Rem-  
 publicam, ex quibus potissimum cele-  
 bratur tractatus *pro Ecclesiastica libertate, & potestate tuenda adversus Venetorum leges*, nec non alius, cui titulus: *propugnaculum Catholicum de jure belli Romani Pontificis adversus Ecclesiæ jura violantes*. Verum non omnibus probabatur acrior, quam par erat, hujus scriptoris calamus, sicut nec variorum, & præcipue Claudii Dausquii censuras effugere poterant ejusdem Carthagenæ *homiliæ Sacræ & morales de Religionis Christianæ arcanis*, in quibus hic Author Sanctum Josephum extra uterum fuisse sanctificatum asseruit, eumque ob anxietatem de Virginæ Sponsæ suæ conceptione Martyribus annumeravit. Tandem vero Neapoli beato fine quievit.

## §. CCXI.

*Joannis Jacobi Grynæi, Alberti Graueri, & Hoby mors.*

*Brun. vit.*

*Gryn.*

*Adam.*

*Melch. in vit.*

*Theol. Germ.*

Inter Acatholicos scriptores, qui hoc anno decesserunt, celebrem se reddidit Joannes Jacobus Grynæus Bernæ natus. Hic Basileæ politioribus literis



ris imbutus, varia Ecclesiæ suæ munia Sæc. XVII.  
 obibat, quamvis a suis Collegis acriter A. C. 1617.  
 infectatus esset, eoquod nec Lutheri  
 doctrinam *de Cæna* nec *Concordiæ formu-* Sigis. Apin.  
*lam* approbare vellet, Calvinii somnia se- ad epist. fa-  
 cutus, unde Pastoris officium, quo Rö- mil.  
 teleæ fungebatur, dimittere coactus, Arnold. Hist.  
 Basileæ utrumque Testamentum inter- Hæret. p. 2.  
 pretari aggressus est, qua in exercita- l. 17. c. 6. n.  
 tione dum per quinque annos cæcus 34.  
 cæcos duxerat, tandem in sepulcri Gerard.  
 foveam septuaginta septem annos na- epist. ad  
 tus ibidem cecidit die trigesima Augu- Meisn.  
 sti. Edidit præfationem in Irenæum,  
 & Erasmi chiliades, scripsit etiam *en-*  
*narrationem aliquot Psalmorum & Prophe-*  
*tarum, demonstrationes Evangelistarum,*  
*chronologiam Evangelicæ historię, logici-*  
*que artificii in epistola D. Pauli ad Roma-*  
*nos declarationem, epitomen Bibliorum,*  
*characterem christianorum, Sciagraphiam*  
*Theologicæ secundum tres methodi formas,*  
 præter tractatum de apostasia, ejusque  
*epistolas familiares.* Huic adjungimus  
 Albertum Grauerum Meficaviæ in Mar-  
 chia Brandeburgensi natum, qui Je-  
 næ primum Philosophiæ, postea Theo-  
 logiæ Professor, instante Ægidio Hun-  
 nio in Hungaria Cepusiani & Casso-  
 viensis Gymnasii Rector, dein Islebien-  
 sis ac tandem Superintendens Vina-  
 riensis



Sæc. XVII. riensis creabatur, cujus mutationis  
 A.C. 1617. caussa haud alia erat, quam hujus  
Ministelli ambitio, & ridicula æmu-  
 latio adversus Joannem Gerardum  
 pariter Lutherani Verbi Ministrum,  
 cujus ipse labores & scripta censura  
 minus Christiana apud Studiosos e-  
 tiam deprimebat, unde hic, adversus  
 Grauerum ad quemdam amicum hæc  
 perscripserat: „ Ob Graueri arrogantiam  
 „ mihi tædio est Academicus labor;  
 „ compertum enim habeo, quod hic  
 „ locos meos Theologicos contume-  
 „ liosis plane censuris perstringat,  
 „ & quidem coram discipulis has  
 „ subiiciat notas: *Hoc absurdum est,*  
 „ *falsum est, sibi ipsi contradicit, nescit,*  
 „ *quid loquatur: non satisfacit argu-*  
 „ *mentum,* sed nunquam tamen a me  
 „ impetrare poterit, ut cum eo in  
 „ arenam descensurus sim: [Utinam  
 „ nobis major cura esset de pietate,  
 „ conscientia, & Ecclesiæ tranquili-  
 „ tate. . . . . Adeo dissentimus in  
 „ votis nostris, animique sententiis;  
 „ ego enim relicta Episcopali digni-  
 „ tate ad Academiam digressus sum,  
 „ is vero Academiæ pertæsus sum-  
 „ mos Episcopatus honores aucupa-  
 „ tur, quod mecum non pauci mi-  
 „ rantur“. Hic idem Grauerus pro-  
 tur-



turbidæ indolis suæ impotentia Eilhardum Lubinum palam Calvinismi insimulabat, ejusque opinionem de *natura mali* tanquam ridiculam, facrisque literis adversam explodens, hunc Theologum *Novatorem* appellabat. Testantur ex Lutheranis potissimum, quod Grauerus inquieti & ambitiosi animi homo, ex inflata simul scientia præsumptuosus, molestusque in suo Zelo contra dissidentes exstiterit: nihilominus ab aliis *Clypeus & Gladius Lutheranorum* vocatur, imo Paulus Freherus eundem etiam tanquam Virum divino ingenio, judicio admirabili, memoria singulari deprædicat: inde vero patet, quanti habenda sint Novatorum judicia de eorum Theologis, quid dicam de censuris, quibus Catholicos proscindunt. Cæterum Grauerus scripsit tractatus *de una & simplici veritate, centuriam illustrium quæstionum Theologicarum, Anti - Lubinum, absurda absurdorum absurdissima Calvinistica, prælectiones in Augustanam Confessionem, expositionem Prophetæ Micheæ, & harmoniam præcipuorum Calvinistarum, & Photianorum*. Periit Vinarie die trigesima Novembris anno ætatis suæ quadragésimo secundo.



Sæc. XVII.

A. C. 1617.

Præterea inter Anglos sectæ suæ  
polemicos Eduardus Hoby celebrem  
sefe reddidit per suam epistolam ad  
Theophilum Hyggonium, qui a Cal-  
vini erroribus ad Catholicam verita-  
tem reversus erat. Edidit quoque  
Eduardus libellum contra Pur-  
gatorium: obiit demum die  
prima Martij.



INDEX.